



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLXXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

437. præmissa, in principio quod nor.

- 4 Fallit etiam quando esset consuetudo notariorum contraria aliter & alio modo disponens. secundum Zabar. conf. 133. in tertio dubio. Felin. in c. cum dilectus. §. i. de fide instru. Old. conf. 105. Alex. conf. 84. uol. 5. domi. de S. Gemi. conf. 137. col. ult. Boe. late in suis deci. q. 37. n. 10.

REGVLA CLXXXVII.

- 1 Semen mulieris an requiratur ad generationem pro-
lis, tu tene quod sic, quia ad generandum semen tam ma-
tris, quam uiri requiritur, secundum philosoph. in l. ij. de
generatione animalium cum alter sine altero non suffi-
ciat, necessario dicendum est quod pariter operentur. Ita
quod ad generationem prolis necessario requiritur, se-
men utriusque concurrere. Ita Auicenna in suo opere,
in uers. de sperma c. 3. de sperma mulieris: Castr. conf.
314. uol. & Anch. in c. fraternitatis tuæ de eo, qui cogno-
uit conf. uxo. suæ. Phed. de sen. conf. 290. Bal. in l. fin. C.
de ser. fugi. ubi dicit natum esse quodam mixtum compositum
de forma & materia, & sic semen utriusque concurrere
debet ad generationem prolis. Idem conf. 331. uol. 2. uers.
quod ultimo aperte. Io. Faber inst. de nupt. in rubrica ubi
dicit mulierem debere esse formosam & uenustam, quia
ut plurimum filij matrificant in corpore, & ita Bened. in
c. Raynutius in uers. mortuo. itaque testatore nu. 23. de
testam. Aliqui uero tenent quod semen mulieris cum se-
mine uiri commixtum concurrant ad generationem pro-
lis, secundum opin. medicorum pro ut Fede. de Senis in
conf. 290. uelle. & Abb. in tuæ. de eo qui cogno. confan.
uxo. suæ. & Bal. in l. fin. C. de seruis fugit. nu. 7. Dicit fi-
lium esse quodam mixtum, quia omne compositum par-
ticipat de forma & materia secundum medicos.

REGVLA CLXXXVIII.

- 1 Sententia iudicis lata de nocte non ualet. l. more Ro-
ma. ff. de ferr. nu. 13. & 7. & ibi Ias. & Alex. & Rimin. in l.
non